

## Octavo phisicorum.

quicquid est causa cause est causa causati. Ad aliud negatur consequentia.

Ad secundum videatur in sexto phisicorum.

Ad tertium. Propter hoc argumentum quidam ponunt plures formas in eodem proposito. S. T. i. pteq. lxxvj. ar. iij. ad secundum dicit quod anima secundum vim motivam est pars mouens et corpus aiatum est pars mota. Quidam dicunt quod pars per se mouens est pars quantitatiua posita ex materia et forma quod potentia motiva animi est in ea subiectiue et non in anima. Sed ipsa per se mouet. Sed contra. Materia non mouet ergo nec illud compositum primo et per se mouet quia quod primo mouet secundum quodlibet sui mouet. Item illud compositum mouet ratione anime que est natura. ergo non primo mouet.

Ad quartum negatur prima quod per se quarto modo non opus est. Ad aliud dicitur quod compositum proprie mouet se per alterum et per se ut ly per se distinguitur contra per accidens.

Ad quintum dicitur quod aliqui medicus sanat seipsum sed hoc non est per se sed an inueniens scientiam doceat seipsum et sit magister sui dicit. s. t. q. non quod eiusdem ad se non est relatio realis de veri. q. xj. ar. ij.

Ad. vj. dicit. s. t. ar. hic loquitur de motu applicando ad determinatas naturas et sic in rebus datur minimum quod est primo motum. Et per hoc patet ad alia dicitur enim aliquid moueri per se primo scilicet minimum naturale quia non potest dari minus quod separatum moueat se.



Quintum sic proceditur videtur quod motus localis non sit primus omnium motuum quia ordo motuum sequitur ordinem terminorum cum motus capiatur specie a termino sed terminus motus generationis est prior termino motus localis cum subiecta sit prior accidente. igitur. Sed contra est phil. i. hoc viij. i. quo declaratur Cathena aurea seu ierarchia omnium causarum usque ad primam simpliciter.

Respondeo dicendum quod postquam philosophus ostendit quod necesse est esse unum primum motorem perpetuum. consequenter ostendit quod vnus motus potest esse perpetuus et quis omnium motuum sit primus. pro quo sit talis conclusio.

Conclusio prima. Motus localis est primus omnium motuum per cuius probationem supponit philo. quod tunc sunt tres motus. scilicet ad qualitatem que dicitur alteratio. Ad quantitatem qui est augmentatio vel diminutio et ad vbi que dicitur loci mutatio. Tunc autem sic alteratio est prior augmentatione et motus localis est prior alteratione ergo motus localis est prior. Ad alteratio per se augmentatio sit adueniens nutrimento quod primo est dissimile et contrarium alio et efficitur simile. sed fieri simile non est nisi per alterationem. ergo augmentatio presupponit alterationem. Ad motum per se dupliciter. Primo quia in omni alteratione requiritur alterans quod facit. potentia tale actu tale sed huiusmodi alterans non semper eodem modo se habet secundum propinquitatem et distantiam ad id quod alteratur quia sic semper uno et eodem modo alteraret quod ad sensum videtur falsum. Efficitur ergo quod quod est propinquius et quod longius secundum quod alteratur. Sed hoc non fit sine motu locali igitur. Secundo alteratio fit secundum passibiles qualitates inter quas secundum antiquos raritas et densitas sunt potiores. Nam alie secundum istas distinguntur. Sed raritas et densitas secundum istos sunt congregatio et disgregatio. Secundum autem congregationes et disgregationes fiunt generationes et corruptiones substantiarum. et in congregatione et disgregatione necesse est esse motum localem. ergo motus localis procedit generationem et corruptionem que secundum eos potiores sunt talibus alterationibus. Et circa hanc rationem. Aduertendum est quod si attendatur ordo passibilium qualitatum ex parte ma-

terieverum est tunc quod rarum et densum potiores sunt si vero attendatur ex parte agentis calidum et frigidum sunt potiores. Aduertendum etiam quod generationem et corruptionem non sunt secundum aggregationem et disgregationem sed hac opinione tanquam probabiliter ut philosophus usquequo eam reprobaueit in libro de generatione.

Aduertendum tertio quod congregatio et disgregatio sunt motus locales vel saltem sunt secundum motum localem si sint corporum existentium actu sed si capiatur aggregatio et disgregatio per rarefactionem et condensationem hoc modo non sunt motus locales ut dictum est in principio nisi forte sicut de augmento et decremento diceretur.

Secundo patet conclusio ex parte modorum prioris et posterioris dupliciter ei aliquid dicitur prius altero primo modo a quo non conuertitur subsistendi prima que scilicet non existente alia non sunt sed ipsa est sine alijs. secundo aliquid dicitur prius secundum tempus quod scilicet remotius est a presenti nunc in preterito vel propinquius est in futuro tertio dicitur prius secundum substantiam et sic actus prior est potentia et perfectum imperfecto probatur ergo conclusio. Et primo secundum primum modum prioritatis quia necesse est motum esse vel ergo perpetuatur quia semper est vnus et idem motus continuus vel quia sunt infiniti motus consequenter se habentes iter quos non est medium scilicet primum est dignius quia continuus est perfectius quam consequenter se habentes et natura facit de possibilibus quod dignius est. Sed magis accipiendum est motum perpetuari per vnum quam per plures consequenter se habentes sed solus motus localis potest esse perpetuus ut patebit ergo est prior alijs primis. Item non opus illud quod localiter mouet moueri alio motu sed nihil mouetur alio motu nisi preexistente motu locali igitur. Secundo patet de secundo modo quod perpetuus prius est non perpetuo sed solus motus localis potest esse perpetuus ergo.

Sed contra obiicitur ut autem autem oppositum. Ad quod respondet philosophus quod licet in vno et eodem motu locali sit posterior tempore simpliciter tamen est primus quia impossibile est generabilia et corruptibilia esse nisi supposito motu locali et si omnia essent huiusmodi contingeret motum deficere et sic opus aliquod mobile esse ingenerabile et incorruptibile in alterabile et in augmentabile. cum motus semper sit causa generationis omnium generabilium et corruptibilium et talis non potest esse alius quam motus localis. tertio probatur quod sit primus tertio modo prioris nam priora via generationis sunt posteriora via perfectionis quia generatio procedit de imperfecto ad perfectum sed motus localis in vno et eodem posterior est ut dictum est oportet enim aliquid primo fieri deinde alterari et augeri et ultimo moueri localiter igitur motus localis perfectior est omnibus.

Item ille motus perfectior est qui solus conuenit perfectis sed sic est de motu locali nam videmus quod plante que sunt imperfectiores animalibus et adhuc iter animalia illa que sunt imperfecta non mouentur localiter nisi per accensum animalia non perfecta mouentur localiter igitur. Item ille motus est perfectior qui nihil variat de substantialibus sed hoc solus conuenit motui locali igitur. Ultimo probatur conclusio ex ordine mouentium quia mouens seipsum est primum scilicet mouens seipsum maxime conuenit mouere se motu locali. Sed contra conclusionem autem sic probando quod motus localis celi non est causa aliorum motuum nam stante motu celi si graue esset sursum aut descenderet aut perpetuo staret violenter neutrum est dicendum igitur. Secundo corruptio non requirit substantiam positiuam sed defectum conseruatis igitur potest esse corruptio sine motu locali antecedens patet dicente commentatore secundo de generatione ignis cum non mouebit per principium mouens mouebit ad corruptionem tantum et philo. nil sit nisi moueat corruptis